hoc e modo subsistentia non multiplicatur, nam non vult, quod personae
divinae subsistant ab ea subsistentia tribuente perfectionem incommuni-
cabilitatis: nec exinde personae sunt ratione subsistendi relative
naturae divinae, quia natura non subsistit per subsistentiam tribuentem
perfectionem incommunicabilitatis, sed tantum per subsistentiam
tribuentem perfectionem independentiae. Si dicatur, personae divinae
sunt ratione subsistendi naturae divinae incommunicabiles C, communicabiles
nego.

Ob. 6. Ob. 6 Ideo non dantur plures existentiae quia existentia est terminus
ultimus in sua linea, sed etiam subsistentia est terminus ultimus in
sua linea subsistendi: ergo etiam non dabitur nisi unica subsistentia.
vel subsistentia est productum aliquod absolutum: ergo non datur subsistentia relativa
contra S. Chalced. m. Ideo non datur nisi unica existentia,
Dist. quia existentia est terminus ultimus sub omni ratione et adaequate C.
quia tantum sub una aliqua ratione est terminus ultimus N. m. atque
etiam subsistentia absoluta est terminus ultimus N. m. perfectio C. m.
Si aliter, subsistentia absoluta est terminus ultimus adaequatus tantum pro linea
perfectionis independentiae quam incommunicabilitati N. m. est
terminus ultimus ~~inadaequatus~~ tantum pro linea perfectionis independentiae
C. m. s. licet ergo subsistentia absoluta perfectioni independentiae
non possit amplius actuari ab alia subsistentia sui generis, potest
tamen subsistentia perfectioni independentiae actuari per aliam alterius
generis ~~sc~~ per subsistentiam perfectionis incommunicabilitatis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0446
gefördert durch Baden-Württemberg